patrociniũ eius exposcentibus petita beneficia impetrare nõ cessat. Placuit aũt prouidentie diuine vt ex ossibus eius cõtinue mãna scaturiat vt tali signo ad eius deuotionẽ cuncti fideles ardenti⁹ inflammenť. Et licz corpus eius a maximilla xp̄o amabili vxore Egee: vt dicem⁹ apud patres fuerit recõditũ tñ inde fuit cõstantinopolim delatũ. Postremo ad ciuitatez Amalfie fuit deductum vbi nunc sacrũ illud pignus honorabiliter ꝯseruatur. Quapropter vt in solẽnitate ei⁹ illius laudib⁹ reficiamur statui in p̄nti sermone de ip̄o apl'o gloriosissimo verba facere atqȝ q̄ꝫtũ potero cũ dei adiutorio suã p̄eminentiã explicare. Ad ei⁹ vero cõmendationẽ assumpta sunt verba ꝓposita in q̇bus triplicẽ excellentiam beati andree curabimus enarrare.

Prima diciť diligentia.
Secunda obedientia.
Tercia patientia.

¶ Qualiter beat⁹ andreas fuit diligẽs ꝯuersando cũ bonis ⁊ audiẽdo verbum dei atqȝ aliis cõicando q̄ audiuit. ¶ Capitulũ. i.

PRima excellentia beati andree diciť diligentia: quã cõsideremus precipue q̄ꝫtum ad tria.

Primo q̄ꝫtum ad cõuersationẽ.
Scd̃o q̄ꝫtum ad auditionẽ.
Tercio q̄ꝫtum ad cõmunicationẽ.

¶ Primo ꝯsiderem⁹ diligentiã beati andree q̄ꝫtũ ad ꝯuersationẽ. Fuit quippe diligens et sollicitus cõuersari cũ Johãne baptista: dũ enĩ famã eius sanctitatis accepit: postmodũ eundẽ et vidit et predicantẽ audiuit: factus est discipulus eius vt refert Johannes. i. ca. Et ĩ hoc exemplũ nobis dedit vt q̄ꝫtũ possumus bonoꝝ viroꝝ consortia semꝑ expectamus. Hinc sapiẽs Prouer. xiii. ca. ait. Qui cum sapientib⁹ gradiť sapiẽs erit. amic⁹ stultorum similis efficiť. Et Dauid in p̄s. xvii. Cũ sancto sanct⁹ eris: et cũ viro innocẽte innocens eris: et cum peruerso ꝑuerteris. Et xxviii. q. i. c. sepe maloꝝ. dr. Sepe malorum cõsortia etiã bonos corrumpũt: q̄ꝫto magis eos q̇ ad vicia ꝓni sunt. Et. xxiii. q. iiii. c. quisquis. Quõ incorruptus poteris ꝑmanere q̄ corruptis sociaris. Et de hoc inq̇t Seneca in. iii. de ira. Sumunť a cõuersantib⁹ moreś Et idẽ ad Lucillũ. Cũ his cõuersare qui te meliorẽ facturi sunt. Illos admitte q̇s tu potes facere meliores. Et iterũ ad eundẽ. Nulla res magis animũ induit honestate: nullaqȝ dubios et inclinatos ad praua magis ad rectũ reuocat q̄ꝫ bonoꝝ assidua cõuersatio. Et idẽ. in. iii. de ira. non tm̄ valitudini ꝓfuit sana regio salubreqȝ celũ q̄ꝫtuz animis parũ firmis cõuersatio melioris: qd̕ intelliges si feras mãsuescere videris cõuictu nostro. Et Isidor⁹ in. ii. li. soliloquioꝝ. Uita malos: caue iniquos. Sed aliq̇s obiicere ꝯtra hoc p̄t: q̄m̄ xp̄s cũ publicanis ⁊ peccatorib⁹ cõuersabatur: ita ⁊ sancti viri fecisse ꝓbati sũt. Ad qd̕ declarandũ audiẽda sunt verba Aug⁹. in sermone de verbis euangelii q̄ ponunť. xxiii. q. iiii. c. a malis. ibi sic loquiť. A malis sꝑ corde disiungimini. Ad tꝑs caute corꝑe copulamini: duobus modis nõ te maculat maluś si ei nõ cõsentias: et si redarguas: hoc est non cõmunicare: nõ cõsentire. Cõmunicať q̇ ꝓpe qñ facto eius cõsortiũ volũtatis vel approbationis adiungiť. Neqȝ enĩ cõsentientes sitis malis vt nõ approbetis: neqȝ negligentes vt nõ arguatis. Et eadẽ sentẽtia cõfirmať ꝑdicta causa et questione. c. ita. c. si q̇s. et. c. recedite. Igiť cõuersatio xp̄i cũ peccatorib⁹ ex qua ip̄i boni fieri poterãt et ob quã familiarẽ se illis exhibebat laudabilis erat ⁊ ex radice charitatis ꝓcedens. Sil'r apl'i inter idolatraś cõueniebant vt eos ad verã religionẽ euocarẽt Sicut de Andrea legimus ꝙ consistens in Achaya postq̄ꝫ suscepit sp̄m sanctuz eã totã ecclesiis impleuit: effugataqȝ idolatrie peste: populos ad xp̄i fidẽ cõuertit. Uxorez quoqȝ Egee ꝓcõsulis sacro baptismatis fonte regenerauit. ¶ Scd̃o cõsideremus diligentiam beati andree q̄ꝫtũ ad auditionẽ. Uoluit enĩ attentius audire Johannẽ de xp̄o loquentẽ atqȝ dicentẽ. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Quo audito secut⁹ est iesum cũ alio cõdiscipulo: dixit vero illis iesus. q̇d q̄ritis. At illi responderũt ei. Rabi vbi habitas. dixit eis. venite et videte. venerũt itaqȝ ⁊ viderũt ⁊ manserũt apud eum die illo. vt p̄z Jo. i. ca. Quantũ autẽ ꝓsit vnicuiqȝ audire verba ⁊ doctrinã xp̄i: licet dixerim in quadragesimali nostro in sermone de verbo dei: tñ adhuc expedit aliq̄ exẽplo id aperire. Scribitur enim Actuũ. ii. ca. Ex p̄dicante Petro audientes verba eius cõpuncti sunt corde et dixerũt ad Petrũ et ad reliquos apl'os. Uiri fratres quid faciemus Petrus autẽ ait ad illos. penitentiã agite et baptizetur vnusq̇sqȝ vestrũ. Qui vero receperũt sermonẽ eius baptisati sunt: et apposite sunt in illa die anime circiter tria milia. Et vt inquit Jeremias ca. xxiii. Uerbum dei sicut malleus cõterens petras. i. corda dura. Predicatione insuper apostoloꝝ crediderũt omnes gẽtes dum in omnẽ terram exiuit sonus eoꝝ. qr vt dicitur ad Roma. viii. ca. Fides ex auditu: auditus

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-521/0208
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG